Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Conuertere dñe aliquantulum et respicere super seruos tuos V
Dñe refugium factus es nobis a generatione et progenie Sluca
Hirt. Rogauit ieſum quidam de phariſeis
ut manducaret cum illo Et ingreſſus domum
phariſei diſcubuit Et ecce mulier que erat
in ciuitate peccatrix: ut cognouit quod accu
buit in domo phariſei attulit alabaſtrum un
genti: et ſtans retro ſecus pedes eius: lacri
mis cepit rigare pedes eius et capillis capi
tis ſui tergebat: et oſculabatur pedes eius
et vngento vngebat Videns autem phariſeus
qui vocauerat eum: ait intra ſe dicens Hic
ſi eſſet pheta: ſciret utique que et qualis eſt
mulier que tangit eum: quia peccatrix eſt.
Et reſpondens ieſus: dixit ad illum Simon,
habeo tibi aliquid dicere At ille ait Magiſt
dic: duo debitores erant cuidam fenoratori:
vnus debebat denarios quingentos: alius qui
quaginta Non habentibus autem illis vnde red
dere: donauit utrique Quis ergo eum plus
diligit Et reſpondens Simon dixit Eſtimo
quia is cui plus donauit At ille dixit ei Recte
iudicaſti Et conuerſus ad mulierem: dixit Si
moni Vides hanc mulierem Intraui in do
mum tuam aquam pedibus meis non dediſti:
hec autem lacrimis rigauit pedes meos: et ca
pillis ſuis terſit Oſculum mihi non dediſti:
hec autem ex quo intrauit non ceſſauit oſcula
ri pedes meos Oleo caput meum non vnxiſti:
hec autem vngento vnxit pedes meos Pro
quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: